

sunt mercatura, opificia, cauponatio & usura. Regulæ generales, quas patrem familias observare decet, sunt: (1) ut provide diligenterque familiæ necessaria procuret: (2) ut impensarum modum redituum modo metiatur: (3) ut omnem rem familiarem ipse norit, suaque cura complectatur: (4) ut non parta tantum tueatur, sed, pro re nata, rem familiarem justis modis augere studeat, quæ ars *χρημαλιστική* vocatur, & usu magis, quam præceptis addiscitur.

CAP. II.

De Ordinando studio Politicæ specialis, seu Juris Publici.

§. I.

JVS PVBLICVM vulgo accipitur pro notitia reipubl. Romano-Germanicæ. Juxta descriptionem Justinianæ, est descriptio status reipubl. Romanæ. Sed imperium Romanum, quod olim fuit, diu extinctum est. Igitur sta-

tus imperii Romani antiquus, a statu reipublicæ Germanicæ, qvalis tempore Carolingorum, Saxonum & sequentibus seculis fuit, & qvalis nunc est, diligenter distingvendus venit, ne confusio in hac doctrina oriatur multis perquam familiaris.

§. 2.

Tres autem hujus doctrinæ fontes adeundi sunt, unde cognitio juris publici hauriri potest. *Primus* est historiæ Germanicæ notitia; *secundus*, legum publicarum cognitio; ut sunt *A. Bulla Caroli IV. Recessus Imperii, Capitulationes Imperatorum, Pacificationes tum Passaviensis, & Osnabrugensis, tum Neomagiensis, Acta publica*, quæ *Goldastus, Lundorpius & Limnaus* collegerunt: cum his scriptores juris publici conferendi sunt meliores. Hinc *tertius* sequitur, usus ævi, qui ex conversatione vel commercio cum viris in tractatione rerum civilium versantibus comparatur, ut sunt ministri aulici & legati.

§. 3.

S. 3.

Ad jus decidendum, vel jurisdictionem imperii pertinentia sunt 1. *Nemesis Carolina sive Caroli V. Imper. Peinliche Hals-Ordnung.* 2. *Ordinatio Cameralis*, cum notis *Denaissi*, *Rhodingii*, *Mindani*. 3. *Reichs-Hoffraths-Ordnung* apud *Goldast*. in *Reichs-Saehung*. Huc pertinet *Wehneri* commentarius von alt und neuer *Hoffgerichts-Ordnung* apud *Limnaum*.

S. 4.

De Membris imperii, ut (1) de Imperatore, & quidem antiquo ejus statu, *Jul. Cas. Bulingerus*, *Gutherius de officiis Domus Augustæ*; de recentiori vero statu *Cæsaris*, *Limnaeus libr. II. de J. Publ.* & alii. (2) de Electoribus & eorum origine *Goldastus in Politicis imperial.* *Conringius de Septemviris*, *Limnaeus & Arumæus* in systematibus suis jam laudatis agunt. (3) de Principibus Imperii ac Statibus, eorumque juribus, *Nicol. Mylerus ab Ehrenbach*, & B. noster *Ziglerus*

glerus tract. de juribus Majestatis tractarunt. In qua tractatione historia & genealogia cujusque Principis in subsidium vocari debet. (4) De civitatibus Imperialibus, *Knipschildi commentarius* extat. Conferri meretur *Bæcleri Notitia imperii*, in qua optimi autores de singulis argumentis commendantur

S. 5.

Scriptores juris publici non sunt unius generis. *Quidam* compendia, *quidam* systemata composuerunt. Ad compendiosos referimus *Danielem Ottonem de Jur. publ. Imp. Rom.* *Jochimum Clutenium* in Sylloge rerum quotidianarum, *Christoph. Besoldum* in *institut. Jur. Publici*; *Jacobum Lampadium* de *constitutione Reipubl. Romano-Germanicæ* cum *Animadvers. Conringii*, *Georgium Brautlactum* in *Epitome Jurisprud. Publicæ universæ.* *Wilhelmum Beckerum* in *Synopsi Juris Publ. Romano-Germ.* *Job. Theodor. Sprengerum* in *Synopsi & institutionibus*

bus Juris Publici. *Nicol. Mylerum* ab *Ehrenbach* / de Principibus & statibus imperii, *Severinum de Monzambano* de statu imperii German. *Gabrielem Schwederum* introduct. Jur. Publ. *Joh. Fridericum Rhetium* in institution. Jur. Publ. *Philipp. Reinhard. Vitriarium* instit. Jur. Publ. Selectissim. *Joh. Strauchii* institut. Juris Publ. *Tobiam Paurmeisterum* in libro de jurisdictione Imp. Rom. De quibus singulis *J. G. Sulpicii* (*à vaxg. Culpisii*) *viri excellentissimi* Dissertatio de Studio Juris Publ. recte instituendo, & de scriptoribus eo pertinentibus, item celeberrimi *Dn. Rachelii Otium Neomagiense* in delineanda introductione ad Jus Publ. Germ. cap. XVII. evolvi merentur.

§. 6.

Ad systematicos juris Publ. scriptores referimus *Dominicum Arumæum*, qui juris publici discursus edidit; *Justum Sinoltum Schütziun*, collegium juris publ. publicantem; *Johannem Lymneum*, qui opus in quinque tomos

distributum, commentarios in Aur. Bullam & Capitulationes composuit; *Christianum Gastelium*, qui de statu publico Europæ magnum tractatum compilavit. Inter hos eminent *Limnaeus*, *Theodorus Reinking* de *Regimine secul. & Ecclesiast.* qui studio partium deditus, monarchicum statum in imperio defendere satagit: cujus hypotheses erroneas *Bœclerus institut. Polit. libr. III. c. 8.* notavit.

§. 7.

His subjungendi sunt scriptores, qui de argumentis particularibus egere, & à *Bœclero* in *Notitia S. R. imperii* passim laudantur, inter quos excellit *H. Conringius*, cujus Dissertationes Academicæ selectiores uno volumine editæ prostant, item Dissertationes *D. Erici Mauricii*, *D. Fritschii*. Huc etiam pertinent Lexicographi Juris Publ. ut *Pauli Matthie Wehneri* observationes practicæ, *Christoph. Besoldi* Thesaurus Practicus, cui *Ditberus* supplementa addidit. *Dn. D. Frit-*

D. Fritschii Manuale Juris Publ. *Joh. Jacobi Speideli* Speculum observatio-
num, quod pro continuatione operis
Besoldiani habetur. Item Actorum
publicorum collectores, ut *Goldastus* in
Politiciis imperialibus, *Lundorpius* in
Actis publicis &c. Plures nominare
hic nihil attinet. Si quis hos evolverit,
& cum viris in aula & legationibus
versatis commercium habuerit, pluriū
lectione carere poterit, praesertim usu
rerum accedente. confer *Sam. Rache-
lii* Otium Neomagiense, seu introdu-
ctionem in Jus Publ. German. & jam
laudati *J. G. Sulpicii* dissertat. de studio
Jur. Publ. anno 1688. excusam.

SECTIO IV.

CAP. I.

De Studio Philologico.

§. I.

Quidam *Philologiae* studium ita laxè
accipiunt, ut sub illo *Polymathiam*
D 5 (πολυ-